



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Joannis Pierii Valeriani Bellunensis Hieroglyphica, Sive De Sacris Ægyptiorum Aliarumque Gentium Literis, Commentariorum Libri LVIII

Valeriano, Pierio

[Lipsiae] ; Francofurti Ad Moenum, 1678

Cœli fœcunditas.

urn:nbn:de:hbz:466:1-14259

A re, perpetua ejus servituti addictos: quod qui patris, matrisve nomen violaverint, eo supplicio damnandi viderentur, ne possent ipsi unquam fieri parentes, in qua sententia fuisse Lucretium, hæc ejus carmina declarant:

*Gallos attribuunt, quia numen qui violavit
Matris, & ingenti genitoribus inventi sint,
Significare volunt indignos esse putandos,
Vivam progeniem qui in oras luminis edant.*

Lib. 2.

COELI FOECUNDITAS. CAP. XXV.

Quæ vero de Cœli pudendis à Saturno falce abscisis, & in mare dejectis veteres fabulati sunt, sententiam præ se ferunt à Divinis literis non admodum alienam: Deum quippe omnium rerum species conformasse, moxque præcepisse, ut conjugio quæque suo crescerent, replerentque terras: id quod & plerique Philosophi dixere, rerum semina cœlitus delapsa tempore quæque suo coaluissent, inde ad eas propagandas naturam usum Veneris indicasse. Jam & Osirim Ægyptii suum (de quo sæpe alibi) humana effigie pudendis obscenius excitatis faciebant, inde generis nostri causam (Sol enim Osiris) & per quem capite gestabat calathum, educationis beneficium significaturi.

Unde Ovid
in Ibin.Saturnus
ut illas.Subsecui:
partes, un-
de creatus
erat.Marc. Sat.
lib. 1. c. 17.MERCURIUS, VEL EFFICAX SERMO.
CAP. XXVI.

Sermonis efficaciam, persuadendique vim ostentare veteres si voluissent, Mercurii simulacrum grandiori jam ætate, barbatur, & effæto propemodum corpore, naturam tamen obscenius excitata, eaque tantum parte validissimum faciebant: cujusmodi signum Cyllenis fuisse Pausanias tradit, atque eo sigillum ea specie æneum apud Fabium Calvum Ravennatem, Romæ vidi, cui quidem signo, præter hæc vestis erat suffarcinata, in cujus sinum poma, foetura scilicet indicium, condebantur: nempe quod sermo, cujus omnino symbolum est Mercurius, in grandiori provecutione ætate vim quandam propemodum generandi, transgredientique aliquid habeat, ut quod in consultatione propositum est, deliberet, persuadeat, ac omnino conficiat. Artemidorus Onirocrita scribit, se quoque Cyllenis vidiſſe Mercurii simulacrum, cujus species non alia erat, quam pudendi virilis effigies: eaque de causa Conjectores super sermone disserunt, quæ quis per ejus partis imaginem somniaverit.

Sigillum
Fabii Calvi
RavennatisArtem. l. 1.
cap. 47.
Artem. lib.

INVETERATA NEQUITIA. CAP. XXVII.

Adi solida est Hermis hujusmodi vestis longo syrmate tracta, quorum quidem similitudinem Theophrastus Eresius in homines nequam & intemperantes detorquebat: propterea quod syrma, ventrem, pudenda, & barbam tantum haberet: ita illi vestem traherent seminarum more, ventri dediti essent, atque libidini, nequitiam in ætatem etiam grandiozem producerent, cum vitia quadam, ut Satyricus monet, cum prima sint barba refecanda.

SERMO INANIS. CAP. XXVIII.

Inanem vero sermonem ostendere volentes, Mercurium eundem juniori specie ac prorsus impuberem cum effinxissent, attracta illi pudenda vel deficitia faciebant: in his enim qui nondum ex ephēbis